



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Abortus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Tertio, non potest conveniri cum cliente de quota litis parte, vel dimidia trina, vel quinta, & infra, Navar. *loc. cit.* Soc. *lib. 9. q. 8. art. ult. de iust. & iure*, textus est in *l. item, C. de procur. Navar. conf. 4. de pactis.*

Quarto, nec potest patrocinari am-  
babus partibus.

Quinto, nec ipse, nec procurator, vel iudex potest retinere scripturas, seu instrumenta litigantis, sibi tradita, & consignata pro mercede, & salario. Capyc. *decis. 2. n. 1.* Boer. *in dec. 15.* & Bar. *in l. si non sortem, §. si certum ff. de condit. indeb.*

Sexto, potest veritatem occultare ad-  
versatio si habet iustam causam, *argum. cap. 1. 3. q. 4.* Tiraq. *de iuro. retract. in praefat. n. 70.* & *c. dominus, 23. q. 2.* vide Covar. *lib. 1. c. 2. var. resol. per totum, & nu. 1.* & gloss. *in c. cupientes, in verb. malignantium, & in Gem. de elect. lib. 6.*

Septimo, an possit esse testis in causa cui patrocinatur, vel pro parte adversa, vel deponere ea, quæ sibi clientulus communicavit, vel de quibus fuit consultus, vide Vinc. de Franc. *dec. 222.* ubi quoad primum, tertium, & quartum, respondet negativè.

Octavo, Advocatus non potest esse, qui non est baptizatus, *l. nemo, C. de postul. c. qui nemo, de pœnit. d. 1.* & ibi Navar. *num. 2.*

Nono, Advocatus potest esse in causa appellationis, ille qui fuit iudex in causa principali, sive in prima instantia. Cap. Tolos. *q. 178.* & ibi Addit.

Quot pœnas censurasque reservatas Sedi Apostolicæ incurrant abortus, etiam non animato fœtu, vel sterilitatis venena procurantes, auxiliantes, dantes medicinas, vel alia huiusmodi, vide Bullam Sixti V. editam anno Domini 1589. Vide *c. si quando, c. quod verò, cum sequentibus, 32. q. 2.* & Sylvest. *in verborum abortus*: quibus pœnis subiciantur in foro exteriori, vide Cov. *lib. 2. c. 20. ver. 11. num. 9. var. resol. & in Clem. si furiosus de homic. 2. p. §. 3. n. 1.* vide etiam in *l. Cicero, ff. de pœnis, & Fab. de Mont. in sua praxi arbitraria, super prima lueræ, ne tuorum, p. 4. c. de crim. partus eiecit. & c. cum sequentibus, fol. 258.* ubi præter spiritualia, ponit exceptiones adversus hoc facinus *supra scripto loco; fol. 240.* vide Conc. VI. generale Constantinop. *c. 91.* ubi dicit puniri pœna occisoris, vide *c. si aliquis, & ibi Abb. de homicidio, & c. sicut, & ibi Abb. eo. tit.* vide Bullam Greg. XIV. editam anno 1591. quæ reformat Bullam Sixti, de qua supra. Secundò, si dubitatur an abortus fuerit animatus, nec ne, præsumitur potius animatus quàm non, *Abb. in c. sicut, n. 7. de homic.*

## A B B A T I S S A.

## S U M M A R I U M.

1. Quot annorum debeat esse quando eligitur.
2. A quibus eligi debeat.
3. Quantum temporis duret in officio.
4. An possit eligi ex alia religione.
5. Alii officiales monasterii a quo eligantur.
6. Quomodo eligi debeat Abbatisa.

7. An